

## Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE IN ||  
PRAECIPVIS ET ALIIS TOTIVS || anni festis diebus populo  
in Ecclesia proponi || solent, è ...**

**Prieele, Gilles vanden**

**Parisiis, 1566**

**IN FESTO BARTHOLOMAEI APOSTOLI EPISTOLA.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

IN FESTO

ribus ipso rediuiuo. Matt. 28. Discipulis, ascēdente ipso.  
Act. 1. nec dubium quin arcā fōederis, domini tēplū,  
sacrarium Spiritus sancti, cum iubilo in domum dedu-  
*Filius festi-*  
*nus amplexi*  
*bis matris oc-*  
*curris cām-*  
*que iuxta se*  
*in throno c.e.*  
*leſti colloca-*  
*sit.*  
xerint. David 2. Reg. 6. Imò & filius festivis illam am-  
plexibus, vt matrem & talem matrem decuit, iuxta se in  
throno collocavit; 3. Reg. 2. Famulo suo. B. Stephano de  
ergastulo carnis egressuro conspicuum se præbuit, Act.  
7. Multò magis matri. Nam Iohan. 14. promisit, Iterum,  
veniam, & aſſumam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum,  
& vos fitis. Item Iohan. 12. Si quis mihi ministrat, me fe-  
quatur: & vbi ego ſum, illie & minister meus erit. Si quis  
mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Sed  
quo honore? Iohan. 17. ait Christus: pater, quos dedisti  
mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant  
claritatem meam quam dedisti mihi. Extendit ergo ve-  
rus Noë manum ſuam extra arcā, & apprehendit co-  
lumbam, quæ modò videt Deum facie ad faciem, ga-  
dérque cum filio in aternū. Si igitur Maria foror Mar-  
thæ ob ſuū factū laudibus eft digna, longè certè  
magis Maria mater domini ob ſua præclara facinora  
laudem meretur aternam.

Videte: huc ſolum respexerunt illi patres veteres, qui  
Euangelium hodiernum ad præſentes matris virginis  
ferias ordinarunt.

IN FESTO BARTHOLOMAEI

APOSTOLI EPISTOLA.

*Ephes. 1.*      *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu*  
*Deo gratia-*  
*rum aetio-*  
*nes agende*  
*propter quin*  
*que erga nos*  
*beneficia.*  
*Deus pater*  
*Deus Chri-*  
*sti dicitur*  
*vt incarna-*  
*ti: pater re-*  
*ti, ut coeter-*  
*Christi, &c. Finis Epistole: Que superabundauit*  
*in nobis.*

**N** hac lectione ostēdit Apostolus nos deum  
debere laudare, & ei gratias agere propter  
quinque ſua erga nos beneficia. Vnde Apo-  
ſtolas conſideras dei erga nos dignationem,  
in vocem gratiarum actionis & laudis erumpit: dicens:  
*Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi.* Deus eſt  
Christi, vt incarnati: pater vero, vt coeterni & consub-  
ſtantialis verbi, deo patre hoc ipsum per Psal. testante.  
Ipſe, inquit, inuocauit me, Pater meus es tu: Deus meus,  
& ſuſcepitor ſalutis meæ.

Quo exemplo nos Apostolus informat ut idem facias: *ni & cōsub-*  
*mus, scilicet benedicamus ac laudemus Deum, & gra-* *stātia ver-*  
*tias illi agamus. Deū etenim benedicimus, quum illum bi.*

(sicuti verē est) bonum dicimus: quum summè bonam *Deus quo-*  
*cēle maiestatem, potentiam, iustitiam, sapientiam, modo à no-*  
*clementiam, misericordiam, beatitudinem & æternitatis benedici-*

*tem fideliter confitemur, totis animæ viribus cupientes, tur.*

*vthoc ipsum de Deo sentiant & dicant vniuersi. Gratias*  
*illi agimus, quum bona quæ ab ipso receperimus, in ipsum *Deo quomo-**

*fideliter referimus, & illa ei cuius sunt adscribimus, nec *do gratias**

*vllatenus inde nostram, sed suam gloriam querimus, di-*

*egimus.*

*centes cum Psal. Non nobis domine, non nobis, sed no-*  
*mini tuo da gloriam. Porro Deum laudamus, quando*

*mente sapimus & intelligimus Deum in omnibus ope-*  
*ribus suis & multò magis in semetipso summè laudabi-*

*laudamus.*

*lem esse, & suæ bonitatis dignitatem laudem omnem in*

*immensum superare. Sicut enim intellectu creato com-*

*prehendi Deus non potest, ita nec par est laudari. Hæc *Creatori no-**

*ergo tria creatori nostro Deo debemus, & ad ea illi fide-*

*liter persoluenda nos semper intenta mente & animo *debemus, be-**

*grato decet esse sollicitos, iuxta verba Psal. Benedicam *neditioñē,**

*domini in omni tempore: semper laus eius in ore meo, *gratiarum**

*Et iterum, Confitemini domino, quoniam bonus, quo- *actionem et**

*niam in seculum misericordia eius.* *laudem.*

1. Laudandus & benedicendus est Deus, quia benedi-

*Ratio cur*

xit nos in omni benedictione spirituali, non temporali *laudandus*

aut carnali, quomodo Iob olim benedixit, & Iudeas, si-

*& benedi-*

cit scriptum est Genet. 27. Det tibi Deus de rore cæli, & *codus Deus.*

de pinguedine terra abundatiam frumenti, vini, & olei: *Iob. 1.*

seruant tibi populi, & adorent te tribus. & Deuter. 28. *Prima est*

*benedictio,*

Dei mandata seruatibus dicitur: Benedictus eris in ciui-

*laudandus*

tate, & benedictus in agro: Benedictus fructus ventris *qua nos be-*

*benedixit, non*

tui, & benedictus fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum, & caulæ tibialis, sed

*temporalis, sed*

torum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ tibialis, sed

*spiritualis.*

ouium tuarum: benedicta horrea tua, & benedictæ reli-

quæ tua. Omnes hæc benedictiones carnales erant: No-

*I. Benedic-*

stra verò benedictio spiritualis est, & adeò munifica & clara,

liberalis, vt nihil ex ea destit, quandoquidem & immor-

talitate donamur, Dei filij, & Christo cohæredes effecti.

Meritò igitur in omni benedictione dixit. Qui enim

IN FESTO

Roma.8. (air Apost.alio loco) proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

Benedictio Iudeorum in terra erat. In nostra beatitudine in predestinatione & diuinâ omnia in premium sumit. Et ne quis putet hanc benedictionem in terra refundendam, addit, in celestibus. Nam Iudeorum benedictio duntaxat in terris erat, & ideo non spiritualis, sed corporalis tantum erat. Si audieritis me, inquit, bona terra comedetis, Isa.1. In nostra vero benedictione caelestia & diuina omnia in premium promittuntur, sicut testatur haec voces, Beati pauperes spiritui, quoniam ipsorum est regnum celorum, Matth.5. Item, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum, Matth.3.

Benedictio Dei non nobis meritis nobis prouenire, subiunxit Apostolus, in Christo, hoc est, non ut quondam benedictio temporalis per Moysen Iudeis contigit, sed per Christum benedictio ista spiritualis nobis obuenit, Tit.3. 2. Benedicendum est Deus, quod elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Potior & dignior est electio, quam benedictio. Nam multi excedunt a salute prius a Deo benedicti, non tamē perire possunt electi. Sicut ergo nos per Christum benedixit, ita & per eundem elegit, hoc est, per fidem in Iesum Christum, qua & benedictionem consenserimus, & electione efficiemus digni. Quicunque igitur in Christum fidem non habent, maledicto subiacentes reprobaruntur. Et ne quis putet vel praufisa a Deo merita nostra huius electionis causam esse, dicit quod elegit nos ante mundi constitutionem, videlicet priusquam essemus. Ad hoc, inquit, elegit nos Deus, ne torpeamus, existimantes nil esse vltra virtutem studendum, ut vitam assequamur aeternam, quum iam pro Dei arbitrio qui salvi sient sint electi: sed ut sancti simus, & sine labe, & in ea sanctitate vivamus, quam baptismo ablutis largitus est dominus, idque in conspectu eius, non autem in presentia hominum more Pharisaeo. Quia vero nos spontaneus elegit ex sola sua bonitate, adiecit, in charitate, scilicet nos elegit. Prior quippe dilexit nos, commendans charitatem suam in nobis, id iure reposcens, ut tantæ charitati suæ vicem rependentes, & ipsum mentibus sinceras amemus, & proximum diligamus propter

Deus quare nos elegit.

Spontaneus nos elegit Deus ex sola sua bonitate.

Iohann. 4.

ipsum, omnia nostra in charitate Dei & proximi facientes, ut per huiuscmodi charitatem sanctificati, diuina electione sumus non indigni.

3. Benedicere debemus Deum, *Qui prædestinavit nos in adoptionē filiorū Dei per IESVM CHRISTVM in ipsum.* 3. *Adoptio.*  
 Superius dictū est electionem maius aliquid esse quām sit benedictio; verū hīc dicit Apostolus quōd adoptio electionem ipsam præcellit. Hoc enim diuina benignitas summum est indicium, quōd nos filiorum & nostis diuine mine & gratia dignatus es. Videte, ait Iohannes, qualem summum est charitatem dedit nobis Deus, ut filii Dei nominemur & indicemus. Et hæc quidem adoptio per Iesum Christum efficitur. Pater enim prædestinavit, filius autem nos ad partem nomine & gratia trem duxit. Hoc itaque bonum tam grande non interventu serui cuiuspiam, sed per Dei filii nobis obuenit. *dignatus est*  
 Ut enim homo per adoptionis gratiam Dei filius efficeretur, filius Dei prius factus est filius hominis, ut participes factus nostræ humanitatis, nos suæ diuinitatis tribueret esse particeps. Verbum enim caro factum, potestatem dedit omnibus qui per fidem se receperunt, filios Dei fieri, Ioh. 1. Non per carnalem aliquam generationem, sed per regenerationem spiritualem ex aqua & Spiritu sancto, de qua ait Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et quoniam vniuersa propter semetipsum operatus *Vniuersa p-*  
*est dominus, ideo consequenter subdit: Secundum proposi- pter semetip-*  
*tum voluntatis sua in laudem gloriae sua, quasidicat, pro- sum opera-*  
*pterea prædestinavit futurum ut nos in filios adoptaret, tuis est domi-*  
*vt suæ in nos benignitatē & benevolentię satisfaceret, & nus.*  
*ut gratiæ & munificiæ ipsius gloria palam manifesta-*  
*rebet, & ut nos per hæc ipsums gloriam & bonitatem agnoscamus. Deus maxi-*  
*scentes, ipsum ampliori charitate complectamur. Præde-*  
*mè vult re-*  
*stinauit nos, inquit secundum propositum voluntatis sue. Nam id nemo pereat*  
*vel maxime vult Deus, ut nemo pereat, sed magis ut cœderet, sed ut magis*  
*ueratur & vivat, qui vult omnes homines saluos fieri, convertatur*  
*& ad agnitionem veritatis venire. 1. Timoth. 2. Ipse tamen & vivat,*  
*nolentes non cogit, sed volentes trahit: de quo tractu Deus nolens*  
*Dei filius ait Ioh. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater non cogite*  
*ter qui misit me, traxerit eum. Qui autem trahit volentem, sed volentes*  
*trahit etiam humi iacentem, modò præbeat manum autem trahit.*

I N F E S T O

xiliatori. Dum enim id cupimus & precamur, ut operi manuum suarum (id est nobis ipsis) porrigit dexteram, tunc inopes manus nostras ad ipsum auxilij petendi gratia extēdimus. Quod si non fecerimus, et si ipse nostram velit salutem, quia tamen nos non volumus, ad salutem nobis nihil proficiunt ea quæ alioqui efficacia sunt; non quod infirma sit eius voluntas, sed quia saluare non vult inuitum. Hoc patet in Paulo Act. 9. & Elyma. Act. 13.

4 Gratifi-  
catio.

4 Deum laudare & benedicere debemus, quod in gratia sua (non in nostris meritis) *Gratificauit nos in dilecto filio suo*. hoc est, acceptos nos coram se fecit & gratiosos, per dilectum filium suum. Quemadmodum si quis senem quempiam squallentem, scabie multa affectum, tabidum & informem, quem curādum accepit, confessim decorum & incolumem cunctisque gratum reddat: sic Deus omni nos deformatate squallentes, per filium suum iucundos reddidit & hilares, formāq; prestantes, ut hunc tamē decorem nostrum ipse concupiscat, dicente propheta: Et concupiscet rex decorem tuum, illum vique qui intus est, quia omnis gloria filiæ regis ab intus.

5 Redem-  
ptio.

5 Gratias agentes Deum benedicere debemus, *quia in filio Dei habemus redēptionem per sanguinem eius, remissionē peccatorum, secundum diuitias gratia eius, que superabundauit in nobis*. In dilecto, inquit, Dei patris filio habemus redēptionem illā quam misit dominus populo suo. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, & poneret in eo iniquitates omnī nostrum, & propter scelus populi percuteret eum, & esset disciplina pacis nostræ super eum, qui peccatum nō fecit, nec inuenitus est dolus in ore eius. O donum omni maius aestimatione, quod nemo potest mereri, & quod solus potest dare Deus. *In quo, inquit, habemus redēptionem per sanguinem eius, &c.* Quos autē proscripterat, nunc per sanguinem suum redemit, venditos scilicet per peccatum: quibus per Isaiam prophetā dicitur: *Gratis venundati estis, & sine argento redimemini*. Verū ne putaremus tantæ gratiæ donum quasi nostris meritis redditum, & non potius esse diuina munificentia gratuitum donum, omne meritum in immensum excedens, adiecit: *Secundum diuitias gratiae eius, que superabundauit in nobis*. Quā igitur tanto

Persangui-  
nem Christi  
redēptionē  
aceperimus.  
*Isa. 52.*

*Isa. 52.*

nos ille emerit pretio, non debemus nos rursus peccati *1. Corint. 6.*  
feruitio mancipare. Empti, inquit, estis pretio magno,  
glorificate & portate Deum in corpore vestro, sicut &  
ille peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū. *1. Pet. 2.*

## E P I L O G V S .

- 1 Ad gratiarum actionem pro Dei benedictione, electione, adoptione, gratificatione, & redemptione, suo exemplo nos prouocat *Apostolus*, ne propter ingratitudinem accipiendois in futurum Dei beneficium indigni reddamur, que alioqui exsiccant fontem pietatis, fluentia gratiae, & torem misericordie Dei. Ad locum, inquit *Sapiens*, vnde excunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. *Eccles. 5.*
- 2 Christo mediatore saluandis omnia diuinæ munificentie beneficia obuenient. Ipse siquidem factus est nobis sapientia, & iustitia & sanctificatio & redemptio: ut quemadmodum scriptum est, *Quis gloriatur, in domino gloriatur. 1. ad Corinth. 1. & Ierem. 9.*
- 3 Thesaurum gratiarum & misericordie sue super nos Deus aperuit, ut nostram exinde inopiam non modo leuaret, sed etiam ditaret. *Gratia enim eius superabundauit in nobis.*

## IN FESTO EIVSDEM APOSTOLI

## EVANGELIVM.

*In illo temp. Facta est contentio inter disci-* *Luce. 22.*  
*pulos, quis eorum videretur esse maior, &c. Finis* *Matt. 20.*  
*Euangelij: Et sedeatis super thronos, indicantes* *Marc. 10.*  
*duodecim tribus Israël.* *Luc. 23.*

**T**N hoc Euangeliō tria videmus, scilicet pri-  
mò contentionem Apostolorum intempe-  
stiuam, quisnam inter ipsos primas in regno  
Christi tenere debeat. Quoniam enim do-  
minus in cœna meminerat de regno Dei, incidit rursus  
inter discipulos adhuc infirmos, & carnem ex parte sa-  
pientes contentio, quis à morte domini primatum ha-  
beret in regno Dei. Matthæus ait: Audientes decem in-  
dignati sunt. &c. Vixdum Christus duorū fratrum mor-  
bo medicatus fuerat, & ecce aliud malum oritur. Decem  
enim illi eodem morbo se laborare prodiderunt, nempe *duos fratres*  
*Ambitione*. Hac enim illos ad petendum primatum, hos *ad petendum*  
autem ad indignationem cōcitauit. Indignabātur enim *primatum,*  
*contra duos, quod parum agnoscentes mediocritatem & reliquo*

IN FESTO

*decem A.* suam, primum locum ausi fuissent postulare, qui potius  
postulos ad aliis debebatur. Hi enim sunt affectus eorum qui in au-  
indignatio- lis principum viuant. sibi quisque placet, sibi quisque

*4 Reg. 14. non concita* pollicetur honores, & vnu alteri inuidet. Habes autem  
*suit.* h̄c ex quo fonte bella & dissidia oriātur, nempe, ex am-  
*Constantinus opt.* gloria, & Ambitio. Inter superbos enim semper sunt iurgia, Pro-  
*fons bellorū* uerb. 13. H̄c fuit causa quod Romani totū orbem ma-  
*130 in* gis diſſidio- lularū sanguine humano, nec alia causa nunc bella ex-  
*Genua tria-* rum.

*Ambitio* plurimum Christiani sanguinis fundere, quam leuem a-  
cauſa fuit liquam iacturam exterritorum facere.

*quod Roma* Sed interim nemo miretur sic affectos fuisse discipu-  
ni totum or- los. Nondum enim Spiritum sanctum acceperant. Lon-  
ben vacula gē aliter postea affecti sunt. Non parum autem nobis  
runt sanguī profuit eorum imperfectio. Hinc enim plerunque Chri-  
ne humano. Itus sumpsit occasionem docendi ea, quā pietatis sunt:  
*Imperfectio* sicut incredulitas Thomæ, nostræ fidei facta est confis-  
discipulorū matio. Quod autem Christo h̄c contigit, hoc sibi quis-  
nō parū no- que prelatus pollicetur, sciat se inter infirmos esse, nec  
bis profuit. vñquam otij tempus esse.

*Johan. 20.* Habet h̄c historia duplices auditores. Quidam suam  
*Historia* imbecillitatem inde agnoscunt, & vitam emendant, atq;  
h̄c duplices gratiam oblatā cum fidē in humilitate suscipiunt. Qui-  
habet audi- dam verò causas & occasions peccandi inde sumunt: ut  
tores. malitiam suam, sanctorum casibus & lapsibus excusent.

*Euangelio* Admonitum se igitur quilibet sciat, ne Euangelio in de-  
nemo abuta teriore abutatur partem: neque sub pretextu eius, cordis  
tur in dete- sui exerceat malitiam, sed dicamus potius ex hac & aliis  
riorem par- historiis nostram humanā imbecillitatem ( sensus enim  
tem. & humani cordis cogitation ad malum prona sunt, Gen.  
8.) & Christi erga lapsos ineffabilem bonitatem.

*Disceptatio* Disceptatio oritur inter discipulos de primatu in re-  
discipulorū gno Christi ex ignorātia. putabāt enim illud fore mun-  
de primatu danum. Vbi monemur, non statim ex vna concione pu-  
orta est ex tare nos omnem capere diuinarum rerum intellectum,  
ignorātia. sed sāpē esse domini verbum audiendum. Cūm enim hi  
*Luc. 24.* discipuli errent, qui tot Christi cōciones audierant: quid  
de contemptoribus verbi fieri? Monemur quoque fidem  
non esse cuiuslibet, sed singulare donum Dei. Non tan-  
tum igitur audiendum est verbum: sed orādus est etiam

Deus, ut suo Spíritu sancto agente in nobis sit efficax.

Peccant autem discipuli duplicitate, scilicet ambitione & contentione. Non considerant quod Christus dixerat, *discipuli diuinus non est maior domino. Et illud, Filius hominis plater, am-tradetur. Item, Mitto vos sicut oves in medio luporum, bitione & Mart. 10. Videamus igitur liberum arbitrium in rebus contentionis, diuinis sine Dei gratia nihil omnino valere. Dicitur e. Liberum anim Rom. 8. Qui spíritu Dei aguntur, iij sunt filii Dei. bitrium in Ibdem præmittitur, Sapientia carnis inimica est Deo. rebus diuini.*

Hæc igitur de discipulorum imbecillitate scripta sunt us nihil ons in nostrum vsum: Primo, ut nobis ab inani caueamus præ *nino valet sumptu. Secundo, ne ægrè feramus nos corripi verbo sine Dei graz diuino, cùm hodierno adhuc die Euangeliū Apostolititia.* rum arguat imbecillitates. Tertiò, omnes contentiones *Quadragesimæ huius mundi esse de rebus nullius momenti. Quartò, in plex vsum ex primis verbis ministros omnem debere operam dare, ne discipulorū inter eos de primatu oriatur contentiones. imbecillitas.*

Secundò videmus in hoc Euangeliō patientiam Chri te nobis casti erga discipulos, qui debuerant considerare tempus ab piandus. omni contentione alienissimum, tum enim dies instabat *Patientia dominicæ passionis: & conciones præceptoris sui, de re Chrifi erga gno spirituali inchoando erant, noa de mundana exercendo suos discipulos.* Non tamen eos dominus reiicit: sed (ut los. Mathæus dicit) vocavit eos ad se, tanquam ad salutis medicum, à quo mitigarentur: tanquam ad pacis vinculum, quo vñirentur: tanquam ad virtutis magistrum, à quo instruerentur: vt ab errore reuocaret, vt ad pacem reformaret, vt regulam debitæ prælationis proponeret, vt nō esset denarius sine binario charitatis. Ideoque familiariter increpat, & amicissime erudit, & dicit: *Scitu quia principes gentium dominantur, &c.* Nolite, inquit, quippani imaginari in regno calorum, quale videtis in regnis mundanis. Longe aliud regni genus est, quod beneficiis constat, non vi: spiritualibus præsidii obtinetur ac defenditur, non violentia: persuasione dilatatur, non necessitate. Fuerunt qui ex his verbis occasionem arriperent er. *Occasio erroris, dicentes Christianos tanquam liberos per Christum, ris quorum nulli hominum subiici debere, quemadmodū & quidam dam ex his Iudeorum tributum non pendendum Cæsari censuere, verbis erro-* Mart. 22. Sed hunc dominus errorem corrigit, dicens, *nea et falsa.*

IN FESTO

cap. eodem. Reddite quæ sunt Cæsar, Cæsari: & quæ  
**Communi-** sunt Dei, Deo. Nulla enim communitas sine rectore  
**tas nullas fe-** stare potest, Proverb. 11. Vbi non est gubernator, popu-  
**ne rectore** lus corruet. Vnde Iudic. 17. In illis diebus non erat rex  
**stare potest.** in Israël, sed vñusquisque quod sibi rectum videbatur,  
hoc faciebat.

**Discrimen fa-** Facit itaque discriminem inter suum regnum, & regna  
**cit Christus** mundana. Nam in regno Christi, eos qui præfunt, alius  
**inter suū re-** inseruere oportet. In regnis verò mundanis primates po-  
**gnum & re-** tent regnant, & ab omnibus eis est inseruendum:  
**gna munda** quemadmodum Genes. 10. de Nemroth legitur quod  
na.

**Principes** cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator co-  
mūdam quod ram domino, Sopho. 3. Principes eius in medio eius qua-  
fi leones rugientes. Siquidem principes huius mundi do-  
minatum exercent in eos, in quos habent magistratum.

non enim persuadent, vt ament honesta, sed metu sup-

pliciorum deterrent à maleficiis, Röm. 13. & honorem

exigunt à suis, etiam si non promereantur: inquit, quod pro-

pius accedunt ad tyrannidem, hoc plus honoris exigunt

à suis, & interim magnificis titulis honorantur. Vocan-

tur principes, patres patriæ, seruatores, consules, quod

potestate sua premant inferiores. Tale est regnum gen-

tiuum. Proverb. 28. Leo rugiens, & ursus esuriens, prin-

ceps impius super populum pauperem, veruntamen non

à suis, et mai- semper impunè. Eccl. 8. Interdum dominatur homo ho-

gnificis titu- minii in malum suum. Isaia 10. Vx qui condunt leges

lis gaudent iniquas, &c. Talem quoque comminationem olim do-

minus dedit Ioachim filio Iosiae regis Iuda, Jerem. 22.

**Principes** Chryso. Principes mundi idem fiunt, vt dominantur mi-

noribus suis: principes Ecclesiæ, vt seruant minoribus

fieri, vt domi suis: vt proprias virtilates negligant, & illorum procu-

nentur mi- rent, nec mori timeat pro salute ipsorum. Non ergo ex-

noribus, pri- tollat præsidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitu-

cipes Eccle- dine corruat: illud autem nouerit, quod humilitas vera

sie, vt serui- ministerium plurimum est. Sicut enim qui pluribus mi-

ant minori- nistrat vulneratis, abstergens cuiuslibet vulneris saniem,

bus suis. non sumit ex ministerio illo causam elationis: sic mul-

Simile pul- tò minus cui commissæ sunt curæ fraternorum languo-

rum, vt omnium minister, redditurus pro omnibus ra-

tionem, humilius esse debet atque solitus. Eccl. 32. Re-

ctorem

etorem te posuerunt noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis, &c. Quò ergo quisque maior est, hoc minus sibi vendicare debet violètia, potestatis, & gloriae. Nec enim hoc spectabit, ut suis dotib⁹ quas accepit à Deo, premat inferiores, sed pro sit ac subleuet: nec sibi vindicabit honorem, sed Deo totū transcribet: nō quòd non sit in hoc signo futurus ordo, sed quòd is qui delectus est ad pri matum, ut aliis dux sit ad pietatē, ad eō seruiat omnium cōmodis, ut videatur minister potius esse, quā princeps. *Quòd quisque maior est, hoc minus sibi vendicare debet violentia, potestatis, & gloriae.*

Fauorem non ambiet, sed promeretur animus ad benefaciendum omnibus promptissimus: autoritatem tuebitur vitae integritas, non supercilium aut fastus. Nunc ad verba exhortationis, suum exemplum adiungit humilitatis, dicens: *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Nam in cena pedes lauit, corpus & sanguinem in cibum & potum ministravit, neconon optima fercula gratia in præsenti, & gloria in futuro administrat. *Exemplum humilitatis* Psal. *sej̄e prebuit Christ⁹ suis discipulis.*

Sed hoc loco queritur, num Christus reiiciat magistratus politici ordinem? Respondeatur: Non, sed magistratus confirmat, non tamen à suis Apostolis & concionatoribus illū vult administrari. Nam Rom. 13. non est potestas nisi à Deo. Et Proverb. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. *Quæritur item, sed confirmat.* Christianus possit bona conscientia administrare magistratum? Respondeatur, Ita, & multò rectius quām alij homines. Propterea dicitur hoc loco principes vocari beneficos, quo vocabulo illos sui admonet officij. Et R.O. 13. dicitur omnē potestatem esse à Deo. Item 1.Petr. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ, &c. *Conscientia bona Christianus potest administrare magistratum.*

At his postremis temporibus, huius mundi princeps (Deo propter peccata cōniuente) omnia confundit. Videlicet enim Ecclesiastici status homines neglecto suo officio mundana exercere negotia, bella gerere, prouincias vicinas deuastare, arces & oppidula occupare, cōtra dictum Pauli, Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus. 2. Tim. 2. Contrā magistrati politico præfecti, neglecta iustitia & iudicio, reformationes Ecclesia tuò prae sum pro temporis conditione, contra sacram scripturam piunt.

I N F E S T O

*Omnium ordinis in hoc mundo mensura est confusio.*

& Apostolicam doctrinam instituant: contradicentes damuant, eiiciunt, occidunt, &c. venationibus, crapule, & voluptatibus inuigilat: ac ita in hoc mundo omnium ordinum est mera confusio.

Tertiò, videmus hic promissionem, qua Christus suos aduersus futuras & iam illis imminentes calamitates cōsolatur, cùm dicit: *Vos estis qui permaneſſisſtis mecum in tentationibus meis,* persequenter: quia nemo mittens manum ad aratum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei, Luc. 9.

*Promissio Christi: cōſolatoria adversus futuras calamitatis.*

Et ego dispono vobis, sicut dispoſiſt mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Iſraēl. Quasi dicat, Bono tantummodo estote animo discipuli chartiflimi. Hactenus enim mecē multa estis perpetui aduersari: quare & regnum vobis adornabo, non temporale, sed æternū. faciā

*Modo eodē predictis A. postolos suis receptos regnum, quo & ipse illud effet suscepit, per mortes, scilicet, tribulatioēs, & afflictioēs.*

vos principes nō huius mudi, sed cæli: sed eo modo illud suscipietis regnum, quo me id suscipere videtis, per multas scilicet, tribulationes & afflictiones. Sed cōueretur meior vester in gaudiū, & gaudiū vestrū nemo tollet à vobis. Hoc ita futurū testatur Christus in oratione sua, Io. han. 17. Pater, quos dedisti mihi, volo vt ubi sum ego, & illi sint mecū, vt videat claritatem meam, &c. Et Iacob. 1. Beatus vir qui suffert temptationē: quoniā cùm probatus fuerit, accipiet coronā vita, quam repromisit Deus diligētibus se. Item Paulus 2. Cor. 1. Sicut socij passionum estis, ita & consolationis eritis. Quis huius regni gloriā exprimere, quæ mēs excogitare possit? Verè id quod in præfenti est momētaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate eternū gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplatiōēs nobis quæ vidētur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. 2. Corinth. 4.

Patienter igitur feramus afflictiones propter Christi nominis confessionem: & perseueremus in vera fide usque ad ultimum nostræ vitæ terminum. Qui enim perseverauerit usque ad finem, saluus erit, Matth. 10. Non s̄i non initio, sed perseveratia Christi regnum exquiritur. Nam Iudeus bonum initium, sed malus exitus fuit: conseruans ex trā, Paulus male cœpit, bene finiuit. Sic & quidam discipiuntur. puli retro abierunt, dicentes: Durus est hic sermo, &c. &

Iam non cum domino ambulabant Petrus vero ait: Domine, quod ibimus? verba vitae aeternae habes, Iohan. 6.

## E P I L O G V S.

1 Contentionem, carnis ritum, corrigit magister celestis, & Deus pacis, quod semper ferè nascitur ex ambitione. Maxime hec pestis permultos in Ecclesia concitat tumultus, inuicem multos turbat pacem habentes, & pacem amantes.

2 Dominatio tyranica legè abit quā à magistratu pphano Christianorū, ut Ecclesiastico. Debet enī ut rectore subditis disciplina patrem, & pietas matrem, & humilitas seruū exhibeat, ne aut disstrictio rigida, aut pietas suū remissa, sed utrobique seruetur discretio.

3 Vera via ad veram gloriam ostenditur: que est humilitas, gloria mundana sua, & tribulationum tolerantia. Nam si commorari sunus, & conuiuenus. si iustificemus, & conreguabimur. 2. Timoth. 2. Atqui nos speramus aliam & compendiariam viam esse, si quis se omnibus preferat, nemini inferuat. Tales fuere aliquando filii Zebedai, Matth. 20.

## IN FERIIS DECOLLATIONIS

S. JOHANNIS BAPTISTÆ,

## E P I S T O L A.

*Expectatio iustiorū letitia, spes autem impio- Prov. 10;  
rum peribit, &c. Finis Epist. exaltabitur ciuitas.*

 Vum natura nostra depravatior sit, quam vt scire possumus, quid fugendum, quid item amplectendum, vtrunque ex hac pulchra antithesis deprehendere sicut, in qua Sapientia pulchra ad contraponit pios & impios, vtrorunque vitam, & vtrorunque exitū: vnde tria potissimum occurruū considerāda. Principiō (vt omnia dilucidiora fiant) scitu necessarium est, quinam re ipsa sint pīj, simplices, & recti: quīq; contrā, sint impīj, duplices & prauī. Illi igitur sunt vere pīj, simplices & recti, siue iusti, qui de ppria iustitia, pro- de credūt, censem, & agnoscunt dominum solum suum esse Seruatorem, suam iustitiam, suorum operū auctorem, suum auxilium, suam spem, consolationem, fortitudinem, &c. Quam definitionem dominus ipse cōfirmat, Ierem. 9. Non glorietur (inquiens) sapiens in sapientia

*pīj qui vere  
sunt, simplices & recti  
inter pios et  
impios.*